& qui fugiunt mendacium. Si ergo intellegamus ea quae scripta
sunt digna fortasse uidebitur lectio stilo spr sci num quid mihi
pdest. si scio qd in gemino ligno rex gai suspensus ē. si autē sciam du
plicem ēē ueritatē crucis. In qua xps in carne suspenditur & dia
bulum cum suo exercitu triumphatur. ex intellegentia sacra
menti aedificatur anima mea. & magis fortasse ut adhuc excel
sius amplitudinem misterii dilatemus. In hoc ligno intellegitur
esse scientia boni & mali. in quo & bonus xps. & malus diabulus
pependit. sed malū quidem ut interiret. & bonū uero ut uiueret
ex uirtute. sicut & apostolus dicit de xpo. quia & si crucifixus
ex infirmitate nostra. sed uiuit ex uirtute dī. immo non solū
ut uiuat. sed ut uiuificet. quia ipse ē nouissimus adam in spū
uiuificans; sed haec tropice dici intellegenda sunt. xps enim
ihs dicitur arbor uitae. sed sicut in aliis ipse ostenditur & sacerdos
& hostia & altare. & non ex altera intellegentia inpeditur
altera. sed tropice de ipso in suis locis unū qdq; sentitur. ita
& iā nunc in figuris sacra mtorū non inpediet de uno atque
eodem sumpta diuersitas psonarū. Sed uideamus quid & iam
in consequentib; scribitur. & pcusserunt inquit in ore gladii. usque quo
non relinqueretur ex eis qui saluus fieret. & neque qui fuge
ret. Haec cum legunt iudei crudeles efficiuntur. & humanū
sanguinem sitientes. putantes quia & sci ita pcusserunt eos.
qui habitabant gai. ut non relinqueretur ab eis qui saluus
fieret. & neque qui fugeret. Non intellegentes in his uerbis
adumbrari misteria. & hoc nobis magis indicari. quod his quo
rum chaos ē habitaculum. & qui regnarunt in abisso demonib;
nullum penitus relinquere debeamus. sed omnes interimere;
Interimimus autem demones non ipsam eorū substantiam
perimentes. sed quia opus eorū ac studium. hoc ē ut peccare

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0058